ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 10r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

mundum ex informi materia; Unde philosophi
pro utiam dictum est; non ualentes penetrare
quemadmodum diuina sapientia mundũ creauit
ex nihilo; aestimabant coaeternũ esse mundũ;
Ista propter ea dicunt: quia adtendunt fabrũ
et non dm̃; Aiunt enim lignũ adiuuat fabrum,
et argentum argentarium et aurũ aurificem;
His enim quamuis indigeant: tamen creare ne
queunt; Dn̄s aut̄ nihil horũ indiguit: sed ex in
formi materia condidit omnia non extra se
tamquam faber; Non enim faber facit lignũ:
sed de ligno aliquid facit; Omnipotens autem
nulla re adiuuandus erat, quam ipse non fece
rat: ut quod uolebat efficeret: alioquin dn̄s
non esset; Sed quaeritur cur ita dictum est:
In principio fecit dn̄s cęlum et terram: et non dic
tum. ē. In principio dix̄ dn̄s fiat caelum et terra!
Sic de luce narratur: dixit dn̄s fiat lux et reliqua.
His quia prius uniuersaliter nomine caeli et
terrae: conprehendendũ erat: et cōmen
dandum quod fecit: et deinde per partes ex
sequendum sicuti actum legitur; Sequitur; Ter
ra aut̄ erat inanis et uacua, cum superius ait: